

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors e  
cum fonte primo

Fatendum est nescire quidem mortuos  
quid hic agatur sed dum hic agitur,  
postea uero audire ab eis qui hinc ad eos  
moriendo pergunt, non quidem omnia  
sed quae sinuntur indicare qui sinuntur  
etiam ista meminisse et quae illos  
quibus ista indicant oportet audire.  
Possunt et ab angelis qui rebus  
quae hic aguntur praesto sunt audire  
aliquid mortui quod unumquemque  
illorum audire debemus iudicat cui  
cuncta subiecta sunt.

Augustinus ibidem (de cura pro mortuis  
agenda).

Proinde  
fatendum est nescire quidem mortuos  
quid hic agatur, sed dum hic agitur,  
postea uero audire ab eis, qui hinc ad eos  
moriendo pergunt, non quidem omnia,  
sed quae sinuntur indicare, qui sinuntur  
etiam ista meminisse, et quae illos,  
quibus haec indicant, oportet audire.  
possunt et ab angelis, qui rebus,  
quae aguntur hic, praesto sunt, audire  
aliquid mortui, quod unumquemque  
illorum audire debere iudicat, cui  
cuncta subiecta sunt.

Augustinus Hipponensis, *De cura pro  
mortuis gerenda*, 15, 18 (CSEL 41, J.  
Zycha ed., pp.650-1, ll.19-22, 1-4).